

SECRETÁ

In méntibus nostris, quaésumus, Dómine, verae fídei sacraménta confírma: ut, qui concéptum de Vírgine Deum verum et hómínem confitémur; per eius salutíferae resurrectiónis poténtiam, ad aetérnam mereámur perveníre laetítiam. Per eúmdem Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vívit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia saécula saeculórum.

M. - Amen.

Conferma nelle nostre menti, o Signore, Te ne preghiamo, i misteri della vera fede: affinché noi, che professiamo vero Dio e uomo quegli che fu concepito dalla Vergine, mediante la sua salvifica resurrezione, possiamo pervenire all'eterna felicità. Per lo stesso Signore nostro Gesù Cristo, tuo Figlio, che è Dio, e vive regna con Te, nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i secoli dei secoli.

M. Amen.

PREFAZIO DELLA BEATA VERGINE MARIA: *ET TE IN ANNUNTIATIONE*

COMMÚNIO

Isai. 7, 14 - Ecce virgo concípíet, et páriet fílium: et vocábitur nomen eius Emmánuel. Allelúia.

Isaia 7, 14 - Ecco, una vergine concepirà e partorirà un figlio: al quale si darà il nome di Emmanuel. Allelúia.

POSTCOMMÚNIO

Grátiam tuam, quaésumus, Dómine, méntibus nostris infúnde: ut qui, Angelo nuntiánte, Christi Fílii tui incarnatióem cognóvimus; per passióem eius et Crucem, ad resurrectiónis glóriam perducámur. Per eúmdem Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vívit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia saécula saeculórum.

M. - Amen.

La tua grazia, Te ne preghiamo, o Signore, infondi nelle nostre anime: affinché, conoscendo per l'annuncio dell'Angelo, l'incarnazione del Cristo Tuo Figlio, per mezzo della sua passione e Croce giungiamo alla gloria della resurrezione. Per lo stesso Signore nostro Gesù Cristo, tuo Figlio, che è Dio, e vive e regna con Te, nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i secoli dei secoli.

M. Amen.

Inter Multiplices Una Vox

Associazione per la salvaguardia della Tradizione latino-gregoriana

C. P. 3218, UDR Marsigli, 22, 10141 Torino

tel: 011-972.23.21 - fax: 011-550.18.15 - c/c postale n° 27934108

Indirizzo internet: www.unavox.it - Indirizzo posta elettronica: unavox@cometacom.it

Torino 2006 - Pro manuscripto

MESSALINO FESTIVO

Testo latino e traduzione italiana

PROPRIO DELLA S. MESSA

tratto dal *Missale Romanum* a.D. 1962 promulgatum

Annunciazione della Beata Vergine Maria

(In Tempore Paschali)

INTRÓITUS

Ps. 44, 13, 15 et 16 - Vultum tuum deprecabúntur omnes dívites plebis: adducéntur Regi vírgines post eam: próximae eius adducéntur tibi in laetítia et exsultatióne. Allelúia, allelúia.

Ps. 44, 2 Eructávit cor meum verbum bonum: dico ego ópera mea Regi.

Glória Patri...

Ps. 44, 13, 15 et 16 - Vultum tuum deprecabúntur ...

Sal. 44, 13, 15 et 16 - Ti rendono omaggio tutti i ricchi del popolo: dietro di lei, le vergini sono condotte a te, o Re: sono condotte le sue compagne in letizia ed esultanza. Allelúia, allelúia.

Sal. 44, 2 - Dal mio cuore erompe una fausta parola: canto le mie opere al Re. Gloria al Padre...

Sal. 44, 13, 15 et 16 - Ti rendono omaggio ...

ORÁTIO

Deus, qui de beátae Maríae Vírginis útero Verbum tuum, Angelo nuntiánte, carnem suscípere voluísti: praesta supplicibus tuis; ut, qui vere eam Genitricem Dei crédimus, eius apud te intercessiúnibus adiuvémur. Per eúmdem Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum, qui tecum vívit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia saécula saeculórum.

M. - Amen.

O Dio, che hai voluto che, all'annuncio dell'Angelo, il tuo Verbo prendesse carne nel seno della beata Vergine Maria: concedi a noi tuoi supplici che, come crediamo lei vera Madre di Dio, così siamo aiutati presso di Te dalla sua intercessione. Per lo stesso Signore nostro Gesù Cristo, tuo Figlio, che è Dio, e vive e regna con Te nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i secoli dei secoli.

M. - Amen.

EPISTOLA

Lectio libri **Isai**, 7, 10-15

Ii diébus illis: Locútus est Dóminus ad Achaz, dicens: Pete tibi signum a Dómino Deo tuo in profúndum inférni, sive in excélsum supra. Et dixit Achaz: Non petam, et non tentábo Dóminum. Et dixit: Audíte ergo domus David: Numquid parum vobis est, moléstos esse homínibus, quia molésti estis et Deo meo ? Propter hoc dabit Dóminus ipse vobis signum. Ecce virgo concípíet, et páriet fílium, et vocábitur nomen eius Emmánuel. Butyrum et mel cómedet, ut sciat reprobáre malum, et elígere bonum.

M. - Deo grátias.

Lettura del libro di **Isaia**, 7, 10-15

In quei giorni: Così parlò il Signore ad Achaz: Domanda per te un segno al Signore Dio tuo, o negli abissi degli inferi, o nelle altezze del cielo. E Achaz rispose: Non lo chiederò e non tenterò il Signore, E disse: Udite dunque, o discendenti di Davide. È forse poco per voi far torto agli uomini, che fate torto anche al mio Dio ? Per questo il Signore vi darà Egli stesso un segno. Ecco che la vergine concepirà e partorrà un figlio, il cui nome sarà Emmanuel. Egli mangerà burro e miele, affinché sappia rigettare il male ed eleggere il bene.

M. - Deo grátias.

ALLELÚIA

Allelúia, allelúia.

Luc. 1, 28 - Ave, María, grátia plena: Dóminus tecum: benedícta tu in muliéribus. Allelúia.

Num. 17, 8 - Virga Iesse flóruit: Virgo Deum et hóminem génuít: pacem Deus réddidit, in se reconcilians ima summis. Allelúia.

Allelúia, allelúia.

Luc. 1, 28 - Ave, María, piena di grazia: il Signore è, con te: benedetta sei tu fra le donne. Allelúia.

Num. 17, 8 - La verga di Iesse fiorì: la Vergine ha benerato l'uomo Dio: Dio ristabilì la pace, riconciliando in sé le cose infime con le altissime. Allelúia.

EVANGÉLIUM

Sequéntia S. **Evangélii** secundum *Lucam*, 1, 26-38

In illo témpore: Missus est Angelus Gábriel a Deo in civitátem Galilaeae, cui nomen Názareth, ad Vírginem

Séguito del S. **Vangelo** secondo *Luca*, 1, 41-50

In quel tempo: L'Angelo Gabriele fu mandato da Dio in una città della Galilea, chiamata Nazaret, ad una

desponsátam viro, cui nomen erat Ioseph, de domo David, et nomen Vírginis María. Et ingrèssus Angelus ad eam, dixit: Ave, grátia plena: Dóminus tecum: benedícta tu in muliéribus. Quae cum audísset, turbáta est in sermóne eius: et cogitábat qualis esset ista salutátio. Et ait Angelus ei: Ne tímeas, María, invenísti enim grátiam apud Deum: ecce concípies in útero, et páries fílium, et vocábis nomen eius Iesum. Hic erit magnus, et Fílius Altíssimi vocábitur, et dabit illi Dóminus Deus sedem David patris eius: et regnábít in domo Iacob in aetérnum, et regni eius non erit finis. Dixit autem María ad Angelum: Quómodo fiet istud, quóniam virum non cognóscó ? Et respóndens Angelus, dixit ei: Spíritus Sanctus supervéniet in te, et virtus Altíssimi obumbrábit tibi. Ideóque et quod nascétur ex te Sanctum, vocábitur Fílius Dei. Et ecce Elísabeth cognáta tua, et ipsa concépit fílium in senectúte sua: et hic mensis sextus est illi, quae vocátur stérilis: quia non erit impossibile apud Deum omne verbum. Dixit autem María: Ecce ancílla Dómini, fiat mihi secúndum verbum tuum.

M. - Laus tibi Christe.

Vergine sposata con un uomo della stirpe di Davide che si chiamava Giuseppe, e il nome della Vergine era Maria. Ed entrato da lei, l'Angelo disse: Ave, piena di grazia: il Signore è con te: benedetta tu tra le donne. Udendo ciò ella si turbò e pensava che specie di saluto fosse quello. E l'Angelo soggiunse: Non temere, Maria, perché hai trovato grazia davanti a Dio, ecco che concepirai e partorrà un figlio, cui porrai nome Gesù. Esso sarà grande e chiamato figlio dell'Altissimo; e il Signore Iddio gli darà il trono di Davide, suo padre, e regnerà in eterno sulla casa di Giacobbe, e il suo regno non avrà fine. Disse allora Maria all'Angelo: Come avverà questo, che non conosco uomo ? E l'Angelo le rispose. Lo Spirito Santo scenderà in te e ti adombrerà la potenza dell'Altissimo. Perciò quel santo che nascerà da te sarà chiamato Figlio di Dio. Ed ecco che Elisabetta, tua parente, ha concepito anch'essa un figlio, in vecchiaia: ed è già al sesto mese, lei che era chiamata sterile: poiché niente è impossibile a Dio. E Maria disse: sì faccia di me secondo la tua parola.

M. - Lode a Te, o Cristo.

ANTÍPHONA AD OFFERTÓRIUM

Luc. 1, 28 et 42 - Ave, María, grátia plena: Dóminus tecum: benedícta tu in muliéribus, et benedíctus fructus ventris tui. Allelúia.

Luc. 1, 28 et 42 - Ave, María, piena di grazia: il Signore è con te: benedícta tu tra le donne, e benedetto il frutto del tuo ventre. Allelúia.